

Aduertencias para

verbū inserti forent, presentibus pro expressis, et insertis haberi voluit, eisdem Preposito, ac Societati, et omnibus illius personis, Domibus, ac Collegiis ubiq; terrarum sitis, ita q; Societas, Domus, Collegia Præpositus, & persone huiusmodi omnibus, & singularis prædictis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis, & literis eisdem Etatrum, & Sororum Mendicantium Ordinibus, Congregationibus, Conuentibus, Capitulis, personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, et aliis pijs locis, ut prefertur concessis, et concedendis, antea potuerint, et nunc, ac in futurum dummodo instituto Societatis, & Præpositi, seu deputatarum personarum huiusmodi voluntati, & beneplacito non refragenur, possint libere, et licite vti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, et per omnia, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, absque vlla prorsus differentia, perinde ac si Societati, Preposito, personis, Domibus, & Collegiis prædictis nominatim, et specialiter ac generaliter concessa fuissent, Apostolica auctoritate tenore presenti perpetuo sanctiuit, voluit